

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput V.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

Caput v.

Excitationes ad cultum et amorem erga B. Virginem.

Cultus B. Virginis, qua est consolatrix afflictorum mentem animae pie in deo admodum corroborare, eius magnum solacium, ac praesidium aduersus pusillanimitatem spiritus, aut mala huius vita offerre solet, ut facile innotescet ex sequentibus excitationibus, quas ex selectionibus B. Patrum sententiis collegimus, ac pro tenuitate nostra piis affectibus condire curauimus, easq. in omnes totius hebdomadae dies disposuimus, ut haberet devotus Mariae Cuius, unde cultum Marianum in corde suo fovere, animumq. suum refocillare, confortare ac res recreare possit.

7 Singulis diebus

Pro die Luna Excitatio 1

Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini;
 Spiritus enim meus super mel et favam dulcis, et hereditas mea super mel et favum.
 Expergise cre ^{Mariae} anima mea ad hanc suavissimam vocem. Quid torpore deprimeris? Confuge continuo sub umbram alarum Mariae; ipsa enim est illa mulier, cui datae sunt duae alae magna. Una ala misericordiae, sub qua peccatores confugiunt, ut Deo reconcilientur. Alia est ala gratiae, sub qua iusti consistunt, ut in gratia conserventur. Ego igitur sub his alis refugium meum capesso, ibi perpetuo latere volo. O spes mea! O vita mea post Jesum Maria.

Euli 24

S. Albert. Serm 2. de Nat. B. V.

Apoc. 12

Bern. de Bust. in Marial. p. 9. serm. 2.

Excitatio 2

Quis unquam, o beata, fideliter omnipotentem

S. Euthych. in
vita Theoph.

"Aquam rogavit opem, et fuit derelictus. Ne-
"vera nullus unquam; nam "citius coelum cum
"terra perierit, quam tu o Virgo Maria aliquem
"serio te implorantem tua ope destituas. Pro-
"inde flecto genua mea ante te, ~~et tuam de-~~
~~notam imaginem~~, et veluti si personaliter ad-
esses, veneror, et invoco te, ut continuis, et
instantaneis necessitatibus meis opem ferre
digneris.

Bles. in con-
solat. pusellan.

Excitatio 3.

O excessa Domina, in te est tota spes, et fidu-
cia mea; siquidem es potentissima, et misericor-
dissima; nam "te Deus, o Virgo sic exaltavit,
"ut omnia secum tibi esse possibilia donavit;
"tantummodo ergo velis salutem nostram, et ne-
"quaquam salvi esse non poterimus." Quid namq;
"tibi negabitur, cui negatum non est, Theophilu-
"de ipsis perditionis faucibus revocare. Quis
ergo o vere potentissima Maria de tua potentia
valeat dubitare? Vere data est tibi omnis potes-
tas in coelo et in terra, et nihil tibi impossi-
bile est, cui possibile est desperatos in spem salutis
revocare.

S. Anselm
de laud. V.

S. Damian.
ser. i de Nat. V.

Excitatio 4.

Jam si de tua potentia ad quilibet impe-
trandum ambigere non possum, multo minus
de misericordia tua, o mitissima Virgo dubita-
re debeo. "Quis est enim super quem sol
"effulgeat misericordia Maria, ~~non est factu-~~
"non luceat? Quis est, super quem non efful-
"geat misericordia Maria? Adconamq; pietate
"replentur ubera tua, o Virgo, ut alienius miseria
"notitia facta lac fundant misericordia, nec possis
"miserias scire, et non subvenire. Quid ergo

S. Bonav.
in specul.

Richardus
a s. Viet.
in cant.

Trepidat, quid diffidit e anima mea dum au-
dis misericordias Domina tua? O Domina mea
o Mater misericordia: ah ne despicias me sus-
pirantem, et sperantem in te.

Excitatio 5.

Sileat misericordiam tuam Virgo bea-
ta qui te in necessitatibus suis invocantam,
sibi defuisse meminerit. Nos quidem servuli
tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed
in hac potius nobis ipsis; vnde ego congra-
tulabundus tuam erga miseros beneficentiam
toti mundo, et misericordias tuas, o Domina,
in aeternum cantabo; nam et experientia didi-
ci, maximam tuam esse potentiam, et bene-
volentiam erga invocantes te. Vivat ergo
Maria, quia per eam vivit anima mea.

7 Si quis est,
S. Bern. ser. 4.
de assumpt. 3. v.

Excitatio 6.

Jam pia, jam suavis, jam dulcis es, o aman-
tissima Domina, quod nec nominari potes, quin
accendas, nec cogitari, quin recrees affectum dili-
gentium te. Tu moestis consolationem infun-
dis, et moerentibus latitiam et dulciorem, nec
est, qui se abscondat a calore tuo, ut merito
tuus devotissimus Rupertus dicat: "Quidquid
virtutum, quicquid gratiarum, quidquid opera-
tionum coelestium mundus accepit, emissiones
tua sunt. Ergo beati Clientes tui, qui obser-
vant ad postes ostii tui, qui semper respirant
dulcissimum nomen tuum."

Blof.

In Cant.

Excitatio 7.

Nullus est, qui salvus fiat, nisi per te, o
sanctissima: nullus est, qui liberetur a malis
nisi per te, o purissima: nullus est, cui do-
num concedatur, nisi per te, o castissima: Nemo
est, cujus miseretur gratia, nisi per te, o ho-

S. Germ. const.
in orat. de Gen. 6. v.

nestissima! O me felicem, si vel ultimus numerem
clientum tuorum! O Mater pulchra dilectionis,
Da mihi, ut te devotissime diligam, semper
tuus in aeternum! O utinam quemadmodum
cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desideret
ad amorem tuum anima mea! O virgo dulcissima!
O Mater dilectissima!

Excitatio 8.

Sed iam abhinc totus Marianus sum, non sum
meus, sed totus Jesu, et post Jesum totus Mariae,
nam amavi, et exquisivi eam, et amator factus
sum forma illius. Multum enim diligenda
est B. Virgo a quolibet Christiano, propter hoc
quod est inextinguibile lumen ejus, nunquam
enim aliquis in tantum peccat, si vult per
veram penitentiam recurrere ad ipsam, quin
ipsa sit statim lucerna pedibus suis, et reducat
eum in viam salutis aeternae, unde et ipsa ait:
Transite ad me omnes, qui concupiscitis me.
Ah concupisco te castissime & pulcherrima muliere
rum diligo te fortissime O sancta virgo virgini-
num! suscipe me O Domina mea latitiam cordis
mei virgo Maria.

Excitatio 9.

Maria tota serena est, tota mitis, tota suavis, tota
benigna non solum justis et perfectis, verum etiam
peccatoribus ac desperatis, quos ut ad se ex toto
corde clamare conspexerit, statim adjuvat, susci-

S. Albert.
Ser. 3. de
Nat. b. v.

Bles. in can.
vit. spir. c. 18.

pit, et solet. En igitur o piensissima Domina ad
te toto corde clamo, ad te suspiro, ne avertas faciem
quam a puero tuo. Vide desideria anima mea; ah
gratifices me, obsecro, consolatione tua, et exaudi me
secundum multiplicem dulcedinis et misericordiae tuae.

Excitatio io.

Et o quanta mihi sit gratia, quod miser peccator
sordidum os suum aperire audeat, et in hac lachry-
marum valle illam cali Terraeque reginam salutare,
alloqui illam totius universi Dominam. Hac
in calis fait D. Rupertus: regina sanctorum, et
in terris regina regnorum est; quando quidem est
mater regis coronati, quem constituit Dominus super
opera manuum suarum; ac proinde regina constituta
totum jure filii possidet regnum. Parce igitur o
Domina excelssima, si se tibi sistat anima mea in-
dignissima, tuo conspectu. Sed vide, quia ad id me
adigunt angustiae meae, quibus coarctor nimis. Cum
igitur filii tui possideas regnum, fac misericordiam
cum servo tuo, et dic animae meae: salus tua ego sum.

Excitatio ii.

O Mater misericordiae quam prona es ad miseren-
dum, quam festina ad succurrendum, siquidem
vel tenuiter te invocantibus praeito ades. Innojuda
I. Anselmum "velocior est nonnunquam salus memorato

Blos. in
can. c
de excel.
virg. c. 6.

159
" nomine Maria, quam invocato nomine Jesu filii
" sui; nam filius ejus Dominus est, et judex omnium
" discernens merita singulorum; dum igitur ipse a
" quovis suo nomine invocatus, non statim exaudit,
" profecto id juste facit, invocato autem nomine
" matris, etsi invocantis merita non morantur, ut
" exaudiatur, merita tamen Matris intercedunt, ut
" exaudiatur. O igitur advocata potentissima, ne despi-
" cias me invocandem, et clamantem ad te.

Excitatio 12.

" Tanta est pietas tua, quanta potestas, tam pia es ad
" parcendum miseris, quam potens ad impetrandum quod
" postularis. Quando enim non compatiris filiis miseris
" mater misericordia? aut quando illis opem ferre non
" poteris, cum sis ipsius omnipotentia mater? Eadem
" procul dubio facilitate obtines apud omnipotentem,
" quodcumque vis, qua facilitate nostra innotescit miseria
" tua visceribus ^{tuae} pietatis. O virgo potentissima totus
" pendeam ab uberibus pietatis tuae, ibique abundanter
" resociller lacte gratia tua.

Pro die Martis
Excitatio 11.

" Diligibilis mihi es, semperque desideranda, o Maria
" qua bonitate plena es. Amabilis es, e Domina quam
" Deus dilexit, cujusque speciem concupivit, in qua
" aliud prorsus, quam benignitatem atque dulcedinem, quam

Adam abbas
Porsen. serm.
de annunt. G.V.

Dionys. Carth.
C. 1. de precon.
et dignit. V. art. 9.

miseri^{cordiam} et ^{mangustudine} ~~pulchritudinem~~, quam charitatem, ac
 honestatem invenire nequeo. O dulcis Domina,
 cujus sola memoria affectum dulcorat, cujus magni-
 tudinis meditatio mentem elevat: cujus pulchritudo
 oculum interiorem exultat, cujus amoenitatis quædam
 immensitas cor meditantis inebriat; ah inebria
 cor meum amore tuo, et inenarrabili dulcedine tua.

Excitatio 2.

„Sperant in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam
 „non dereliquisti quærentes te Domina. Certe qui
 „sperant in te, mutabunt fortitudinem assumunt
 „pennas, ut aquilæ, volabunt, et non deficient;
 „quis non sperabit in te, quæ etiam adjuvas despe-
 ratos. O sanctissima Mater vas misericordiæ, ad
 te recurro ego vas contumeliæ plenum luto soe-
 disimo diversorum vitiorum. Sed piissima virgo
 Maria, scio te habere tantam misericordiam, ex
 qua qui plus haurit, plus de ea in te inveniet.

J. B. Bem. in
 medit. Super
 Salve regina

Excitatio 3.

„Dulcissimam Christi genetricem v. Mariam pure
 „ama, seduloque venerare, et invoca, quæ non solum
 „perfectorum, sed etiam imperfectorum benignissima
 „consolatrix, atque advocata est. Hæc enim nullum a se
 „repellit, sed omnibus se præbet exorabilem. O virgo
 præclara, virgo serena, virgo purissima, ne repellas
 me indignum, sed exaudi miserum, clamantem ad te,

B. Hof. in
 Specul. C. 12

consolare desiderantem, et adjuva sperantem in te.

Excitatio 4

B. Hof. in
canon. Cis

„Maria omnium, quos tentatio, calamitas, aut persecu-
„tio aliqua urget tutissimum asyllum: ipsa regina
„coeli potentissima, ipsa dispensatrix gratiarum libera-
„lissima, ipsa omnium fidelium Mater misericordissi-
„ma. Tota mitis est, tota serena, nullum aspernatur,
„nulli se negat, omnes consolatur, omnibus sinum piet-
„tatis aperit. Misere ergo mei, o Domina, misere
mei, quia pietas et misericordia tua tecum crevit ab in-
fancia.

Excitatio 5

S. Bern. serm.
de Nat. v. M.

„Quidquid illud est, quod offerre, et obtinere paras,
„Mariae commendare memento, si non vis sustinere repul-
„sam. Filioli hae peccatorum scala, hae mea maxi-
„ma fiducia, hae tota ratio Spei mee: Dico vobis, si
„pietate a nobis pulsata, si fuerit invocata, compatietur
„nobis, nec deerit necessitati nostrae; siquidem nec
„facultas ei deesse poterit, nec voluntas: non facultas,
„quia regina ceterorum est, non voluntas, quia mater est
„misericordiae. O ergo regina potentissima, o Mater mise-
„ricordiae, converte benignos oculos tuos ad me, et exaudi me cla-
„mantem ad te.

Excitatio 6

S. Bonav.

„Qui confidunt in te Mater Dei, non timebunt a
„facie inimici; gaudebo, et exultabo omnes, qui diligi-

"Fis eam, quia adiunbit vos in die tribulationis ves.

"Ira. Habe igitur, piissima Domina, me indignum
 tibi comendatum. Ad te hodie, unica spes misero:
 rorum, confugio plenus fiducia, tibi meipsum
 recomendo, et hodie te in Matrem et patronam
 praecunctis praecopto. "Noli ergo Mater spernere
 me propter eum, qui amore mei nudus, et laceratus
 pependit coram te in cruce.

S. Bern.

Excitatio 4.

"Quis misericordia tua, o benedicta, longitudinem,
 et latitudinem, et sublimitatem, et profunditatem
 queat investigare? nam longitudo ejus usque ad
 novissimum diem invocantibus eam subvenit uni:
 versis. Latitudo ejus replet orbem terrarum, ut
 sua quoque misericordia plena sit omnis terra,
 sed et sublimitas ejus superna civitatis invenit
 restaurationem, et profundum ejus sedentibus in
 tenebris, et umbra mortis obtinuit redemptionem.

S. Bern. serm.
 de assumpt.

Succurre igitur, o Domina, quarenti te, dirige
 diligentem te, ~~religiosam~~, consolare confidentem
 in te. Esto mihi semper propitia, ut salutem
 per te inveniam, o virgo dulcissima!

Excitatio 5.

Maria omnibus debitricem se fecit, omnibus miseri:
 cordia sinum aperuit: plenitudinem ejus accipiunt
 universi. Captivus redemptionem, aeger curatio:

S. Bern. in
 ps. 18. 4.

nem, tristis consolationem, peccator veniam, ius-
 ius gratiam. O Mater divina pietatis, quis te
 non diligit? quis tui non teneatur desiderio?
 O utinam cor meum amoris vulnere perfodias,
 ut te semper cogitem, te diligam, te sequar vene-
 ratione devotissima, affectione castissima, et imi-
 tatione fidelissima.

Excitatio 9.

Did. in prolog.
 de contemp. 63. v.

"Beatissima Virgo Maria sicut est omnium regina
 "sic est omnium patrona et advocata, et cura est
 "illi de omnibus. Longè enim positos illuminat
 "radiis misericordiae suae, sibi propinquos per specia-
 "lem devotionem consolationis suavitate: praesentes
 "sibi in patria excellentiâ gloria: et sic non est,
 "qui se abscondat à calore ejus, id est, charitate,
 "et dilectione ipsius. Te igitur Domina magna
 "valde vult cor meum amare, te cupit os meum
 "laudare, te desiderat venerari mens mea, te affec-
 "tat exorare anima mea, quia tuitioni tuae se
 "commendat tota substantia mea.

Excitatio 10.

S. Anselm. orat.
 ad 63. v.

"Enitimiⁿⁱ viscera anima mea, enitimiⁿⁱ, quantum
 "potestis, si quid potestis interiora mea, ut ejus
 "celsitudinem admiremini, ut ejus benignitatem
 "deprecemini, cuius patrocinio indigetis quotidie
 "indigendo desideratis, desiderando imploratis,
 "implorando impetratis, et si non secundum
 "desiderium vestrum, tamen supra vel citra

• ~~Te~~ meritum vestrum. Te igitur mater
 illuminationis cordis mei, Te nutrix salutis
 mentis mee, Te obsecrant, quantum possunt
 cuncta prae cordia mea: exaudi Domina,
 adesto propitia: adjuva potentissima, ut
 mundentur sordes mentis mee, ut illumine-
 tur tenebrae mee, ut accendatur tepor meus,
 ut expergiscatur corpor meus.

Excitatio 11

• Tanta est Mariae misericordia, ut ab ea nemo
 • repellatur, ipsa est advocata nostra apud
 • filium, sicut filius apud patrem, imo apud
 • patrem et filium procurat negotia et peti-
 • tiones nostras, et saepe quos justitia Filii dam-
 • nare potest, matris misericordia liberat, quia
 • thesaurus Domini est, et thesauraria gratiarum
 • ejus. Da igitur o piensissima Domina, ut
 • ego arumnis hujus saeculi pressus semper ad
 • sinum maternae pietatis tuae confugiam, adque
 • inter quaslibet necessitates a te adjuvari, tuaeque
 • visitationis beneficio recreari merear.

Idol. in
contemp. v.

Excitatio 12.

• Adco blandi erga omnes sunt oculi virginis
 • nostrae, ut licet oculi Domini sint super justos,
 • oculi tamen hujus Dominae sunt super pecca-
 • tores, sicut oculi bonae matris super puerum,
 • ne cadat, vel si ceciderit, ut eum elevet, unde

Licht. a. J.
Laur. l. 2.
de laud. v.

„ ipsa Servienti sibi ait : in via hac, qua gradieris
 „ firmabo super^{te} oculos meos. O vere pia, vere mi-
 sericors, vere benigna virgo mater Maria, ah firma
 obsecro, super me misericordes oculos tuos, et erue
 me a circumdantibus me.

Pro die Mercurii

Excitatio 1.

S. Bern. de
 assump.

„ Si peccata tua premunt te, ut liquefias sicut
 „ cera a facie ignis, vade ad matrem misericordiae
 „ et ostende illi vulnera tua, et ipsa pro te filio
 „ suo ostendet pectus et ubera. Filius vero patri
 „ latus et vulnera. Pater non negabit filio postu-
 „ lanti, neque filius negabit matri interpellanti,
 „ neque mater negabit peccatori ploranti. En
 igitur mater divina gratiae prosterno me coram te,
 pando tibi afflictiones animae meae; ah oro desiderio-
 rum cordis mei curam gere.

Excitatio 2.

S. Bern. sup.
 missus est

„ O quisquis te intelligis in huius saeculi profluvio
 „ magis inter procellas, et tempestates fluctuare
 „ quam per terram ambulare, ne avertas oculos
 „ a fulgore huius^{Syderis}, si non vis obrui procellis. Si insur-
 „ gunt venti tentationum, si incurras scopulos tri-
 „ bulationum, respice stellam, voca Mariam: Ad
 te igitur, o Domina mea, se erigit vultus meus, te
 respiciunt oculi cordis mei, in te confidit anima
 mea, miserere mei, quia fors mea, salus mea, spes
 mea in manibus tuis est.

Excitatio 3

Inventâ virgine Mariâ invenitur omne bonum
ipsa diligit diligentes se, imo sibi servientibus
servit; ipsa super benedicto filio suo irato poten-
tissime reconciliat servos, et amatores suos. Tanta
quoque est ejus benignitas, quod nulli formidan-
dum est ad eam accedere, tantaque misericordia,
quod ab ea nemo repellitur. Imo donis et charis-
matibus adificat servos suos, ut super-benedicti fi-
lii sui, et Spiritus S. digna fiant habitatio. Cur
igitur non amarem te, o Domina omni amore di-
gnissima. Ah amo te, et si parum est, amem te vali-
dius; utinam amoris tui flammâ cor meum peni-
tus liquefiat!

186
Idiot. in
prolog. de
contemp. v.

Excitatio 4.

In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam
cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non
recedat a corde, et ut impetres ejus orationis
suffragium, non deseras conversationis exemplum.
Ipsam sequens non devias, ipsam rogans non de-
speras, ipsam cogitans, non erras, ipsam tenente non
corruis, ipsa ^{protegente} non metuis, ipsam duce non
fatigaris, ipsa propitiâ pervenis, hic nimirum ad
gratiam, illic verò ad gloriam. Esto ergo mihi pro-
pitia, et exaudi vota mea, virgo Maria.

S. Bern. serm.
2 sup. miss. est.

Excitatio 5.

Custos Maria singularis, et universalis hominum;
Angeli enim custodiunt omnes homines, ipsa verò

S. Albert
sup. miss. est.
C. 191.

S. Damas.
Paroel. B. V.

„custodit universaliter singulos, et singulariter
„universos. Unde a S. Damasceno bene dicitur
„Maria salus una fidelium divina felicitate
„cumulatissima. Ah Domina mea serua, custodi
„et protege me, ne arumnis hujus vite obruar, sed
„potius a periculis cunctis tua ope salvus, tibi ex
„toto corde laudes cantare merear.

Excitatio 6.

S. Thomas. Willan.
Serm. 3. de Nat. V.

„Diriges ad te currimus / o dulcissima virgo / tu
„nostra protectio, tu nostrum refugium, tu nostrum
„unicum remedium, subsidium et asyllum.
„Sicut pulli volitantibus desuper milvis ad gallinae
„alas accurrunt, ita nos sub velamento alarum
„tuarum abscondimur. Nescimus aliud refugium
„nisi te, tu sola Patrona nostra, ad quam omnes
„aspicimus. respice ergo nunc o piissima.

Excitatio 7

lib. 6. et 2.
revel.

„Ego sum regina coelipait B. V. ad S. Birgittam /
„ego mater misericordiae, ego justorum gaudium
„et aditus peccatorum ad Deum. Nullus est ad deo
„maledictus, qui quamdiu vivit, caret misericor-
„dia mea, quia propter me levius tentatur a
„demone, quam alias tentaretur. Ego vocor ma-
„ter misericordiae, et vere misericordia ejus miseri-
„cordem me fecit, ~~me fecit~~, ideo miser erit, qui ad
„misericordiam meam, cum possit, non accedit; et
„ergo refugium certissimum peccatorum, o consolatrix
„afflictorum, suscipe, et consolare me: ad te in
„arumnis meis accurro, tuum officium imple, tuum

opus exerce.

Excitatio 8.

" B. Virgo et regina coeli imo et mundi iure voca-
 " tur, habens praeminentiam et virtutem influxi-
 " vam super omnes. Principatum habet dimidii
 " regni Dei, si sic dici potest, sub typo Aster et
 " Absueri. Regnum quippe Dei consistit in potes-
 " tate et misericordia. Semel locutus est Deus: duo
 " haec audiui, quia potestas Dei est, et tibi domine mise-
 " ricordia. Potestate Domino remanente cessit quoda-
 " modo misericordiae pars christi matri, Sponsaeque regnan-
 " ti. Hinc ab Ecclesia tota regina misericordiae salu-
 " tatur. Ave igitur mater misericordiae, et trahere me
 " post te; trahere me torpentem, ut me reddas peniten-
 " tem; trahere me ignorantem, ut me reddas scien-
 " tem.

Gerson. Super
 magnificat
 Tract. 4.

Excitatio 9.

" O anima peccatrix erigere iunc in spem, et
 " confide. Ecce Mater tua, o verbum dulce, o ver-
 " bum consolationis, ipsa est mater Dei et homi-
 " nis, mater rei et iudicis. Non deceat, ut inter
 " filios discordiam esse permittat. si enim o peccator
 " Maria est mater tua; ergo et Jesus est frater
 " tuus, et pater eius pater tuus; ergo et regnum
 " eius hereditas tua est; ergo gratia Mariae, quam
 " invenit apud Deum, thesaurus tuus est. Ergo
 " dilige eam, ac reverere tanquam matrem, noli
 " de ipsa diffidere, noli ab ea diffugere, sed ab hac
 " hora accipe illam in tuam, ut ipsa tandem te re-
 " cipiat in gloriam suam. En igitur, o excelsissima

Hugo apud Lu-
 dolph. De Saxon.
 p. 2. de pass. c. 63

Domina te in matrem eligo, tu vicissim suscipe me
in filium et servum perpetuum. En dono
me tibi, tu dona te mihi.

Excitatio io.

Beda serm. de
S. Maria

Serviamus semper tibi regina Maria, qua non
derelinquit sperantes in te. Cum diligat Christus
sanctorum orationes, et exaudiat, multo magis
matrem suam exaudit pro peccatoribus orantem.
Fac ergo, ut introducar in regnum coelorum, o
domina universorum. Ecce te Dei Matrem con-
fiteor, et ob id tibi cor meum consecrans, in tuo
auxilio glorior, et anchoram spei meae in tuo pa-
trocinio post Deum colloco.

Excitatio ii

Lib. 4. revel. c. 134
apud Blos. in Monil.

Audivit s. Birgitta ipsam Dei genitricem vi-
ginem Mariam dicentem: Ego sum mater Dei
et Mater omnium, qui sunt in purgatorio, quia
omnes paenae, quae debentur purgandis pro peccatis
ipsorum, per preces meas qualibet hora aliquo
modo mitigantur. Mater sum omnium iustorum,
et etiam omnium peccatorum emendare se vo-
lentium, quos defendere, et ab omni periculo salu-
tis eripere non cesso. Si quis non amat Domi-
nam nostram, anathema sit. Mihi autem adha-
erere tibi bonum est, o piissima mater, et ponere
in te spem meam.

Excitatio iz.

Bern. de Busdo
serm. de assumpt.

Maria navis salutis, quam omnes debent con-
scendere, qui ad portum salutis aeternae volunt
prosperè et feliciter pervenire. Proinde quibus

„ auxiliata fueris Domina, ait D. Bonav, erit re-
 „ fugium pacis, et a quibus averteris vultum tuum,
 „ non erit spes ad salutem. Qui sperat in te, in-
 „ veniet thesauros pacis, et qui te non invocat in hac
 „ vita, non perveniet ad regnum Dei. Ah ora ergo
 „ pro me Domina potentissima, ut tuis precibus ad-
 „ iustus ab omnibus periculis eripiar, ac christum de-
 „ um Deorum, teque Dominam Angelorum in sion
 „ videre merear.

Bonaventura

Pro Die Jovis

Excitatio 1.

Maria reputabat sua beata gloria partem et si
 „ accidentalem hominibus copiose misereri; sic est solli-
 „ cita de nostris periculis; sic sollicita pro humanis
 „ miseris; sic enim piensissima virgo miseros amat
 „ mortales; sic sollicitantur Maria viscera homi-
 „ num arumnis, ut partem gloriae suae reputet illis
 „ oportunè auxiliari, illos materna pietate fovere.
 „ Quam igitur dementes illi, qui aliunde, quam
 „ a te in suis arumnis expectant auxilium. O vir-
 „ go sanctissima, tu es sola spes mea, adjuva me, quia
 „ confugio ad te.

Didac. append.
cap. 53.

Excitatio 2.

„ Leva moestos oculos anima ex hac lachrymarum val-
 „ le ad matrem tuam in coelis iam regnantem.
 „ Aspice, quia Maria in coelis coronata, et in throno
 „ ad dexteram filii collocata, regina facta est ad
 „ tuum solatium et bonum. Convenienter vocatur
 „ regina misericordia, quod divina pietatis abyssum
 „ cui vult, et quando vult, et quomodo vult, ereditur

J. Bern. serm.
h. in salve

aperire. O Mater misericordia, ne quaso despicias me; magnam miseriam hujus tui indignissimi clientis subleuet magna atque ingens miseratio tua matris aeterna pietatis.

Excitatio 3.

Rich. à S. Laurent.
De Laud. v.

Regnum Dei consistit in duobus, scilicet in misericordia et iustitia: et filius Dei sibi quasi iustitiam retinuit veluti dimidiam partem regni: Matri concessit misericordiam quasi alteram dimidii partem, unde dicitur regina misericordia, et filius sol iustitia, et haec participatio figurata est aether^{is} mo, ubi dicit Assuerus: quid vis Esther, et quae^{est} petitio tua, etiamsi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Quaedam ergo mihi fiduciam parere debet haec consideratio, quod talis regina misericordia sit mea apud Deum advocata. O Mater sanctissima confido in te, adjuva me, spes anima mea!

Excitatio 4

De concept.
Bb. v.

7 Pelbartus

Scimus, ait S. Anselmus, B. Virginem tanti esse meriti et gratiae apud Deum, ut nihil eorum, quae velit efficere, possint aliquatenus effectu carere. Rationem datur^{is} quia Maria habet maximum posse in curia coelestis regis tum propter parentelam et cognationem, quia est mater regis, et ideo nihil ei potest denegare juxta illud Salomonis: Pete mater, quod vis, neque enim fas est, ut avortiam faciem meam: tum etiam propter complacenciam, et dilectionem, quia ipsa B. Virgo praeter omnibus beatis et creaturis diligitur a rege Christo: tum denique propter obsequia et servitiorum exhibitionem, quia apud regem aliquem multum

possunt, et merentur, qui multa servierunt sibi: Sed
" Maria super omnes gratissima, et plurima servi-
" tia impendit Christo. Fidenter ergo et secure de
" qua mediatione spero, quia omnia potes, o virgo sanc-
" tissima!

Excitatio 5.

Quis igitur desperet, dum considerat potentias Ma-
" ria? Erigere ergo in spem, o anima mea, benedic
" et dic ave tuæ dilectissimæ Matri; nam coelum
" gaudet, et terra stupet, cum dico: ave Maria:
" Sathan fugit, infernus contremiscit, cum dico: ave
" Maria. Timor evanescit, caro marcescit, cum dico:
" ave Maria. Sathan fugit, infernus contremis-
" cit, cum dico: ave Maria. Timor evanescit, ca-
" ro marcescit, cum dico: ave Maria. Crescit de-
" votio, oritur compunctio, cum dico: ave Maria. re-
" seratur animus, et in bono confirmatur æger affec-
" tus, cum dico: ave Maria.

Alan. lib.
de psalt.

Excitatio 6.

Eligite ergo o pusillanimes: hanc benignissimam
" matrem Jesu præ cunctis parentibus et amicis ves-
" tris in matrem specialem et advocatam, et salu-
" tate eam angelicâ salutatione, quia vocem hanc
" audit valde libenter. Ave igitur o gratia plena
" ave Domina præcellentissima, et quia dominus te-
" cum, ideo per te vivit orbis terrarum, ad tui memo-
" riam hilarescunt et recreantur fideles animæ.
" Inclina, quæso, aures tuas pietatis precibus hujus
" servi tui, hujus miseri peccatoris, et caliginem malo-
" rum meorum radius tuæ sanctitatis dissipa.

Thom. Kemp.

Excitatio 7.

S. Bern. de
Nat. v.

S. Bonav.
in ps.

Altius intueamini, quanto devotionis affectu a nobis
 " eam voluit honorari, qui totius boni plenitudi-
 " nem posuit in Maria, ut si quid spei in nobis, si
 " quid gratia, si quid salutis, ab ea noverimus re-
 " dundare; nihil enim nos habere voluit Deus,
 " quod per matris Maria non transiret. Ergo ac-
 " cedite ad eam cum reverentia et devotione, et
 " delectetur cor vestrum in salutatione ejus. In-
 " fluet enim vobis radios suae pietatis, et clarifi-
 " cabit vos fulgoribus misericordiae suae.

Excitatio 8.

S. Bern. serm.
de Nat. v.

Bles. in eimel.
proc

Totis igitur medullis cordium, totis praecordiorum
 " affectibus et votis omnibus Mariam veneremur,
 " quia haec est voluntas Domini, qui totum nos
 " habere voluit per Mariam. Ave ergo benignissi-
 " ma misericordiae mater. Salve venia gratiaque
 " conciliatrix optatissima Maria. Quis te non amet?
 " quis te non colat? Tu enim in rebus dubiis es cha-
 " rorum lumen, in moeroribus solatium, in angustiis
 " levamen, in periculis et tentationibus refugium.
 " Tu post unigenitum tuum certa es fidelium salus.
 " Tuae pietati commendo animam meam, et corpus meum.
 " dirige, doce, et protege me singulis horis atque momen-
 " tis, o dulce praesidium meum.

Excitatio 9.

Adam abb. Persen.
serm. de annunt.
65. v.

Quanta fiducia nobis per te, virgo sanctissima
 " ad Deum esse potest, sicut enim non potes non sen-
 " tire per compassionem passiones nostras, cum non
 " possis disce filios, misericordissima mater; sic non
 " potes non obtinere eis remedium, si petas, cum ad hoc

Et non nisi propter hoc ex te nasci voluerit misericordiarum omnipotentis patris filius. Tu igitur piissima Mater, illos tuos misericordes oculos ad me converte, alii suscipe me confugientem ad te.

Excitatio io.

Adstat beatissima singulari merito praecipua vulgari conditoris, prece potentissima, semper interpellans pro nobis. Quae igitur dementia, si moraris adhuc, et torpes ad accedendum ad hanc advocatam, aut quam irrationabilis et prorsus stulta pusit laminitas, si times ad hanc mitissimam Virginem appropinquare, per quam poteris omnia apud Deum impetrare. Nihil itaque diffide anima, sed dic cum Bonaventura magna cum fiducia: "O Domina, si filius tuus per te factus est frater noster, nonne tu per ipsum facta es mater nostra. Exultabo igitur, et letabor, quia quidquid iudicabitur de me, penset ex sententia matris, et fratris mei."

Amadeus
hom. 3.

Excitatio ii

Audi, quisquis vis esse cliens Marianus, quicumque in necessitate vis clamare fiducialiter, monstra te esse matrem, illa namque tibi iam dicit: monstra, te esse filium. Ama Mariam, dum potes, idque non frigide, non tepide, non vulgariter. Cole Mariam, imitare Mariam. Mariam tunc vere diligitis, si eam sequimini moribus et vita ex toto, quae nihil aliud, quam Deum dilexit. O sanctissima mater segrega mentem meam a desideriis terrenis, et eam in amore filii tui fige, ut vitam tibi, filioque tuo placentem agam.

Paschas. Rad.
bert. in psalt.

Excitatio 12.

S. Albert. serm. 2.
de Nat. 6. v.

Beata virgo sicut fons refrigerat piis consolationibus omnes tribulationum, et adversitatum aestum patientes, si tamen ex omni corde ipsius imploraverint subsidium. unde et ipsa figurata est per illam columnam nubis, quae sicut in Exodo legimus praecedens filios Israel contra solis ardorem obumbravit castra eorum. O certissimum refugium miserorum, sub umbram alarum tuarum ego miser confugio: hic sileant mihi omnes ^{alio} creaturae, tu vero sola mihi loquere, verba enim consolationis habes, nec solum servos tuos mirè latificas, verum etiam eruis omnes sperantes in te. ah latifica, et erue ^{me} sperantem in te.

Pro Die Veneris

Excitatio 1.

S. Bern.

Amplectamur Maria vestigia fratres mei, et devotissima supplicatione beatis ^{illius pedibus} provolvamur. Teneamus ^{eam} nec dimittamus, donec benedixerit nobis, potens est enim. Oigitur conciliatrix unica venia et gratia optatissima. O advocata nostra piissima. Age causam meam, qui pupillus sum derelictus, et miser, et hominem non habeo, qui pro necessitate mea scribat mihi libellum supplicem ad filium tuum Deum meum. Ah ne repellas me invocantem te.

Excitatio 2.

S. Damasc. orat. de
in specul.
cap. 8.

in Spec. c. 8.

Si mille simus calamitatibus pressi, mille afflicti angustius, et arumnis, ad hanc virginem molestiarum levamen accurrimus, opem ejus, solatiique inclamantes i et merito, nam ut ait D. Bonaventura, magna fuit erga miseros misericordia Mariae adhuc exulantis

in mundo, sed multo major est misericordia ejusdem iam regnantis in calo. O anchora Spei nostrae confisus in te, dicam ad te veluti novam ac meliorem Juditham, ora pro me, quoniam mulier, mater, virgo sancta es, Sancta Maria ora pro me.

D. Bonav.

Excitatio 3.

Ad hoc terribile est blandum s: Mariae: nomen, ut quem admodum Jesu nomen tremendum daemonia fugat, et ad veritates comprimit, ita post nomen illud salutare ad istud Mariae potentissimum eliminantur adversa, nec firma consistere possunt infernales valvae. O regina potentissima propter nomen tuum esto mihi propitia et salva me, tu enim ~~ad~~ omnium ad te recurrentium certissimum profugium Maria.

Agid. Tard. apud Berland.

Excitatio 4

Sanctissimum tuum nomen, o virgo, quod in ore sanctorum tuorum versatur assidue in omni tempore, loco et modo, vita, latitia, auxilium non solum est signum, sed ea etiam conciliat; nam hoc est nomen, quod dat caecis visum, surdis auditum, claudis gressum, sermone mutis. O ergo nomen Mariae suavissimum, nomen dulcissimum!

S. Germ. Bizant. orat. de zon. v.

S. Bern. Senens. laud. 219.

Excitatio 5.

Nec est in ullo alio nomine post nomen Super benedicti filii tui, o virgo, tam potens adiutorium; nec est alius nomen sub calo datum hominibus post dulce nomen Jesu, ex quo tanta salus, et dulcedo hominibus refundatur, quia Super omnia sanctorum nomina reficit lassos, sanat languidos, illuminat caecos, penetrat duros, recreat fessos. Tanta virtutis et excellentiae est tuum Sanctissi:

Albert M. cum Diot. C. i. de Laud. v.

// num nomen, quod ad invocationem ipsius calum ridet,
 // terra latatur, angeli congaudent, daemones contremiscunt,
 // et infernus conturbatur. Ergo nomen aeternā memo-
 // ria dignum omni encomio celebrandum.

Excitatio 6.

S. Bernard. de Per te Maria franguntur vincula, solvuntur debi-
 Nom. Mar. Sermon. ita, vincuntur vitia, solidantur confracta, recuperan-
 tur perdita, renovantur vetera, roborantur infirma,
 // promoventur incepta, perficiuntur infecta, purgatur
 // cor, mens resulget, animus inflamatur, liquescit pectus
 // dulcescit gustus, decoratur aspectus. Ah potentissima
 Domina, quamvis indignus sim protectione tuā propter
 vincula, debita ac vitia mea. Nihilominus ad te accedens
 praesumo, quia miserorum et afflictorum es patro-
 na. Respice igitur de sede gloriae tuae, et exaudi
 me secundum multitudinem misericordiae tuae.

Excitatio 7.

Idiot. de
 virg. p. 13.

// Beatam te dicunt omnes generationes, quia
 // fecit tibi magna, qui potens est: magna in terris
 // exaltans te super homines: magna in caelis ele-
 // vans te super Angelos: magna in infernis sub-
 // jiciens tibi universas potestates. tuum imperiū
 // attingit a mari usque ad mare, quod etiam ex
 // dono Filii tui benedicti attinget a fine usque
 // ad finem fortiter, et disponet omnia suaviter.
 En ergo me totum tibi committo, o Domina mea
 dispone, et rege me ^{secundum} beneplacitum volunta-
 tis tuae, quia non potest non esse optima cuncta
 dispositio et directio tua, cum sis pia Mater mea

Excitatio 8.

S. Anselm. de
 excoll. v.

// Si propter me, et mei similes peccatores /: o Virgo
 // sanctissima: / facta es Dei mater, quomodo aqua-
 // rum multitudo, iniquitas peccatorum meorum

cogere poterit desperare veniam eorum s: cum tam
 ineffabile bonum sit factum ex te: s: subveni ergo
 mihi, o Domina piissima, cogita, quaeso, et recogita
 apud te, quia non ad damnandum, sed ad salvan-
 dum peccatores conditor noster ex te factus est.
 homo. cur igitur non iuvabis me, quando propter
 nos in tantam celsitudinem es elevata, ut te
 Dominam habeat, et veneretur omnis pariter cre-
 atura? supplico igitur celsissima Mater, exaudi
 me sine mora, et pro me semper ora.

Excitatio 9

Virgo singularis inter omnes mitis, quando nihil
 est in ea austerum, nihil asperum, nihil terribi-
 le, tota suavis est, tota benigna, tota pietatis, et
 gratia, mansuetudinis, et misericordiae plenissima.
 Latere igitur, o anima Mariae devota, accede ad
 eam cum fiducia, ut merearis gratiae dona. Ah
 dulcissima virgo, auge in me pium te colendi desi-
 derium, largire mihi cor tenerum, tuoque amore
 saucium, ut semper ad te recurram tanquam ad
 piissimam matrem.

S. Bern.

Excitatio 10

Salus universorum s: tu es sancta dei genitrix:
 ab ingruente enim calamitate quarentes te, o
 Domina, liberamur, cumque deus gaudia nobis
 reducit, tu ea concilias, postquam in omnibus
 tibi curae sumus, et nobis cum te agere ^{certa} credimus.
 Quemadmodum enim siticulosus ad fontem pro-
 perat; sic omnis anima fidelis ad te accurrit, tuo
 ut auxilio impleatur. Accurro igitur spe firmam
 ad te, o Domina, ne despicias, ne repellas me, sed
 perfice desideria animae meae, sic enim officies, ut eo

S. Geron. Serm. de zona V.

ardentius benedicam, et laudem te.

Excitatio II

S. Thom. Willan.
Serm. I: de assumpt. v.

«O homo, in quacunque tribulatione ad Mariam
«fuge, sive peccatis afflictus, sive persecutionibus attri-
«tus, sive tentationibus turbatus hanc turrim pe-
«tito, ad Mariam confugito; mille enim clipei pen-
«dent ex ea contra omnem aestum tribulationis,
«et ad omnem faciem persequentis; ibi est enim
«omnis armatura fortium. pone me ergo, o Domi-
«na, juxta te, et omnia mala irruant in me, non
«tamen praevalerunt adversum me, quia tu es spes
«et salus animae meae.

Excitatio IZ

S. Bonav. in stim.
amor.

«Certè Domina cum te aspicio, nihil nisi mise-
«ricordiam cerno; nam pro miseris mater Dei
«facta es; misericordiam insuper genuisti, et
«idemum tibi miserendi est officium commissum.
«Undique sollicita de miseris, undique miseri-
«cordia vallaris, solum misereri videris appete-
«re, multum sollicita es, miseros in filias adop-
«tare mater misericordiae. Ah clementissima mater
«Suscipe me miserum invocantem te.

Pro Die Sabathi

Excitatio I.

Bern. de Bust.
Serm. 8. de coron.
S. v. M.

Sicut Maria apud Deum omnibus sanctis
«est potentior, ita pro nobis apud Deum diligen-
«tius intercedit, et ferventius; ideoque, o pecca-
«tor, ad potentissimam hanc, clementissimam,
«que advocatam recurre, ipsa tibi succurret
«sine dubio, quia potest; si enim suis virtuti-
«bus potuit Deum trahere de caelo in terram,
«multo majori facilitate poterit nos de terra

189

ad caelum pertrahere. Eja ergo advocata nostra Je-
sum benedictum fructum ventris tui nobis post
hoc exilium ostende. O clemens, opia, o dulcis
virgo Maria.

Excitatio 2.

Maria naturaliter clemens et misericors est, et
ejus pietas semper suscepit incrementum, unde
et ei specialissime convenit, illud Job: ab in-
santia crevit mecum miseratione, et de utero
matris meae egressa est mecum. Ipsa etiam
quantum in se est, miseretur omnium, quia
omnia potest. Ad te igitur, o Domina sese
erigunt oculi cordis mei, te respicit anima
mea, miserere mei, quia in manibus tuis sors
mea.

Rich. à S. Laur. de laudib. b. v.

Excitatio 3.

Merito Maria misericordia cursui hinnu-
lorum comparatur, per mundum errantem currit
mundum irrigat, et infundit. Hinnulorum ve-
locitati comparatur, quia velocius occurrit
ejus benignitas, quam invocetur, et causas mi-
serorum anticipat. Dicitur mater dulcissi-
ma Jesu nostri salvatoris; si tuus filius
meus quoque est frater amabilissimus, et si
Jesu filii tui pater meus quoque pater est
amantissimus, ^{perfecto fieri nequit} ~~unde magis potes~~, quin tu o
beatissima, mea sis mater dulcissima. Ma-
ter ergo mea dilectissima, filium audi ad
te clamantem, et te matrem invocantem
virgo mater suscipe.

Idem de laud. b. v.

Domin. de Rosch. apud March.

Excitatio 4

Compassa est, inquit S. Bernardus, verecun-

Marian
onibus
urrum
clipei
latus,
t enim
o, o Dom
e, non
es spes
mife-
Dei
et
ifsum,
miseri-
appet
adop-
mater
elis
igen-
ceca:
nam,
ret
tuti:
eram,
rra

"dia Sponsi et Sponsæ atque penurie et indigen-
 "tia convalescentium piissima atque dulcissi-
 "ma virgo: et si illorum corporali inopia con-
 "dolebat, et succurrebat etiam non rogata, quan-
 "tò magis Spirituali nostra indigentia com-
 "patiatur, auxiliùmque præbebit, si fuerit fi-
 "deliter invocata. Ecce igitur o Domina præ-
 "cellentissima pedibus tuis ad volutus humi-
 "liter ac fiducialiter obsecro te, ne despicias
 "me, o Spes mea suavis, magnam miseriam meam
 "relevet magna multitudo miserationum tuarum.

Excitatio 5.

S. Germ. Bizant.
 de Jona deip.

Guill Paris. Rhet.
 div.

Quis post tuum filium ita humani generis
 "curam gerit, sicut tu? quis ita nos defendit
 "in nostris afflictionibus, quis tam citò præ-
 "ventens nos ab irrudentibus liberat tentatio-
 "nibus? An inaniter te vocat omnis Ecclesia
 "Sanctorum advocatam suam, et miserorum
 "refugium! Absit à matre Dei, quæ fontem
 "pietatis toti mundo peperit, ut cuiquam mise-
 "rorum subventionem denegat. O mater divi-
 "nae gratiæ iam à me exulat omnis inte diffiden-
 "tia. te verà per te vivit anima mea.

Excitatio 6.

S. Georg. Nicomed.
 orat. de oblat. deip.
 v.

Nihil tuæ, o excelsa Domina, resistit potentie
 "nihil tuis repugnat viribus, omnia cedunt
 "tuo jussui, omnia tuo obediunt imperio: omnia
 "tuæ potestati serviunt. Te omnibus suis ope-
 "ribus reddit excelsiorem, qui est ex te natus;
 "tuam enim gloriam creator existimat esse
 "propriam, et tanquam filius in ea exultans

182

quasi exsolvens debitum implet petitiones tuas.
Postula ergo o Mater piissima a filio tuo, ut illumi-
netur tenebrae meae, mitigetur amaritudo, dissolvatur
captivitas, accendatur charitas.

Excitatio 7.

O quomodo, quam cito, quam certo, auxiliatur,
tuetur, ac protegit nos beatissima virgo, cui s. acclamat
Sabbas: "O spes desperatorum, omnium afflictorum
latitia, inique oppressorum patrona, sustentatio
pauperum, exultantium consolatio, in fluctibus la-
borantium portus, imbecillium robur, Totis ergo
medullis cordium, totis praecordiorum affectibus
respiro ad te, o sanctissima virgo; nam si quid spei in
me est, si quid gratiae, si quid salutis, a te profiteor
promanare.

In Menecaris
Graec.

Excitatio 8.

Maria felix coeli est porta, quia sicut porta, ait
albertus M. exportat, et importat, sic et per ipsam
exivit, quidquid unquam gratiae creatum, vel incre-
atum in mundum venit. Per ipsam etiam intra-
vit, quidquid boni ad coelos ascendit, ut possit, qui libet
dicere de ipsa: venerunt mihi omnia bona pariter
cum illa. Salve igitur mater divinae gratiae; sal-
ve causa nostrae latitiae, merear, obsecro, incessan-
ter experiri, quod nunquam deseras serio invo-
cantes te.

Excitatio 9.

Sicuti sol super bonos aequè ac malos indifferenter
oritur, sic virgo ista mellea praeterita non dis-
cidit merita, sed omnibus se exorabilem, ac omni-
bus clementissimam praebet, omnium denique
necessitatibus amplissimo miseretur affectu. S. Bernard.

Sub tuum igitur praesidium confugimus sancta
Dei genitrix nostras deprecationes ne despicias
in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis
libera nos semper virgo gloriosa, et benedicta.

Excitatio 10.

S. Anselm. in
deprec. ad B. V. Sicut o beatissima omnis a te aversus, et a te des-
pectus, necesse est, ut pereat, ita omnis ad te conver-
sus, et a te respectus, impossibile est, ut pereat. Ave
igitur o Domina decies millenis honorum voca-
bulis digna. Ave fons benedictionis, profligatrix
S. Damasc.
in Hierocis inferni, exitium mortis, dolorum omnium finis,
ipsum gaudii solum natale, stabilimentum
praefirmum salutis humanae. Ave, inquam, et ne
avertas faciem tuam a me se convertentem ad te.

Excitatio 11.

S. Bonav.
in psalt. Beneficiis Maria plenus est mundus, superant
coelestia, penetrant et inferna. Ad illam velut ad
S. Bern. Serm
2. de pentec. negotium saeculorum respiciunt, et qui in coelo
habitant, et qui in inferno, et qui praecesserunt
et qui sumus, et qui sequentur, et nati natorum
et qui nascentur ab illis. Illi, qui in coelo, ut resar-
ciantur, et qui in inferno, ut eripiantur. O Conso-
latrix afflictorum, vide afflictionem meam, tibi
comendo corpus meum, et animam meam, et quia
confido in te, spero, quia proteges, et erues me.

Excitatio 12.

e Mendota apud
claven. capit.
ad devot. 4. V. Sicut nihil est, quod Christus ostendendo vulnera
non impetret, ita nihil est, quod Maria osten-
dendo ubera non exoret: et quia dominus poten-
tissimus tecum est, ideo et tu potentissima es
apud ipsum. Merito igitur S. Germanus ait:

certè domina Deiparens, certè refugium meum
 vita, et defensio, arma et gloriatio, spes et robur
 meum habes, Sat scio, cum tua voluntate con-
 currentem potentiam, ut quæ sis mater altissimi,
 et propterea audeo; ne ergo priver mea ex-pectatione
 o domina intemerata.

S. Ger. m. constant.
 de orat. deip.

Pro die Dominica.
 Excitatio 1.

Maria stella maris est, noctis tenebras illumina-
 ns, cuius memoria sæpè frequentata debiles
 confortat, coecitatem cordis mirabiliter illustrans.
 Maria omnium promotrix humilium, suis de-
 votis famulis impetrans omne bonum. Petimus
 ergo à te domina, ut nos facias in adversis in-
 te habere veram confidentiam, in prosperis debi-
 tam modestiam, et constantiam, in tenebris, et
 rebus dubiis lumen veritatis et adiutorii, et
 in fluctibus periculorum tuam s. protectionem.
 Protege nos o pia, o bona, o virgo perpetua.

Trith. de mir
 acul. v. l. ic 6.

Excitatio 2.

Maria vult, et potest nostris incommoditatibus
 succurrere, et omnibus eam purâ mentis confi-
 dentia invocantibus promptissima celeritate
 subvenire; nam quanto præ cæteris in regno
 coelorum est dignior, tanto est etiam ad impe-
 trandum postulata potentior: petat à filio,
 quacunque voluerit, repulsam non patitur.
 Igitur Maria, obsecro te, ut clamor necessitatis
 meæ, quamdiu ipsa persistit, semper sit tecum, et
 respectus pietatis tuæ, quamdiu ego persisto,

Trith. ibid. c. 8.

S. anselm.
 in orat.

Semper sit mecum. Fac, ut congratulatio
beatitudinis tua semper sit mecum, et passio
miseriae meae, quantum mihi expedit, sit tecum.

Excitatio 3.

S. Bernard. ser.
de Nat. v.

Quæramus gratiam, et per Mariam quæra-
mus, quia quod quærit, invenit, nec frustrari
potest, quæ exaudietur pro sua reverentia. Hinc
merito S. Sabbas ait: sub tuam protectionem
fugiendo repellimus universas insultantium
nobis adversariorum procellas. Ah S. Maria
succurre miseris, refove flebiles, sentiant omnes
tuum juvamen, quicumque postulant à te solamen.

Excitatio 4.

Dionys. Carth.
de Laud. B. V.

Quicumque moerore deprimeris, desolatione affli-
geris, adversitatibus prægravaris, hanc piissimam
prorsusque suavissimam accede, implora, con-
templare Mariam, et cito senties ejus opem.
Persevera invocare ejus misericordiam, et cele-
riter experieris consolationem. Adjuva ergo me
clementissima virgo Maria, da mihi in tribu-
lationibus patientiam, in tentationibus victo-
riam, a meis tentationibus liberationem, et
adversus omne malum fortissimam resistentiam.

Excitatio 5.

S. Bonav.
in Psalt.

Devotissime ac secure tuam ei causam committas
quia mater est misericordia, quotidie studeas
ei specialem et singularem reverentiam exhibere.
Quicumque enim te sui Domini Matrem
omni cordis contentione implorant, etiam tu
dona eventu plenissimo vis donas. O Domina
laudem et gratiarum actionem offero tibi

pro omnibus donis mihi collatis. Tu enim mihi
es ^{certissima} cognitissima tabula, atque subsidium, vi-
cujus omnes semper insultus, et aerumnas evasi.

Excitatio 6.

„Data est tibi, o Maria, omnis potestas in
„coelo et in terra, ut quaecumque volueris va-
„leas impetrare. O qua singulariter erga ho-
„mines miseratione afficeris, eripe nos a vio-
„lenta et gravi necessitate, qua cingimur, nos
„enim Christiani te sola ceu praesidio inespugna-
„bili fruimur. O Regina mundi scala Dei, thro-
„nus Dei, ianua paradysi, audi preces pauperu,
„ne despicias gemitus miserorum, inferantur
„a te vota nostra atque suspiria conspectui
„redemptoris, ut qua nostris excluduntur de de-
„meritis, per te locum apud aures divinas obtine-
„ant pietatis.

J. Bern. quod
Pelbart. l. 12.
p. 1. a 3

J. Daman.

Excitatio 7.

Ne obsecro taceamus, Dei para, potentias tuas
licet indigni, qui de re tam sublimi loquamur,
nam si patrona et nutrix non fuisses, quis
e tantis nos periculis eruere alius poterat?
quis hucusque prater te libertatem nostra
conservasset indemnem? Non absistamus igitur
a contentione laudandi te Domina, tu enim
famulos tuos perpetuo servas, quaecumque dis-
crimina ingruant. In te ergo Domina spe-
rari, non confundar in aeternum, in gratia
tua suscipe me. Tu es fortitudo mea et refugium
meum meum consolatio et protectio mea. Edur-
cas me de laqueo, quem absconderunt mihi
quoniam tu es adiutrix mea: in manus

Ex Menol.
10 Mart.

J. Boxav.
in pfalt.

tuas comendo Spiritum meum, totam vitam
meam, et diem ultimum meum.

Excitatio 8

S. Bern.
in Serm.

Quid mirum, si pietatem exhibent viscera
" Maria, nonne qui pomum manu sua te-
" nuerit dimidia die, reliqua diei parte pomum
" servabit odorem? quantum ergo viscera
" illius virginis virtus pietatis affecit, in
" quibus novem mensibus requievit. O Mater
" misericordiae, cum mente recolo immensas mis-
" rationis tuae divitias, unaque insuperabiles tuas
" potentiae vires, mox ceu inter angustias depre-
" sus, et curis multo gravissimis fluctuans ad te
" fugio praesidium, ex fundo cordis mei cum lachry-
" mis clamans; Virgo Deipara fer auxilium mihi
" tu, qua es sola totius mundi tutela.

Excitatio 9.

orig. in
quodam serm.

Scio, quod si B. Virgo propulsata fuerit, necessi-
" tati nunquam deerit, misericors enim est, et ple-
" na gratia, et ideo continere se non poterit, quin
" misereatur invocanti. Ergo pro nobis Virgo
" virginum tuum deposce filium, per quem
" nostra suscepit, ut sua nobis proveat. Tu
" solve, quod debemus, averte quod timeamus, im-
" petra, quod optamus, perfice quod speramus.

S. Damian.
in precib.

Excitatio 10.

S. Bern. apud
Pelbart.
in orat.

Vas liquore plenum, si quomodo moveatur, de-
" facili effundit liquorem, sic B. Virgo si quo-
" modo moveatur precibus, effundit gratiam
" et misericordiam. Optima ergo ac securissima
" mediatrix est Maria; sicut namque, o beatissi-

totam
um

libent
nu sua
i partu
viscer
licit, m
O Ma
ansas m
rabiles
s depro
ans ad
lachry
m mid

22. November. P. Pacitij. V. ep.
quanto quis in se humilior fue
rit et Deo. Subjectior tanto
in omnibus est sapientior
quod de imit. p. 1. c. 1. 4.
vera humilitas
1220 clalis

it, neq
est, cpl
rit, quo
virgo
erguen
eat. Tu
mus p
mus.

atur, d
go si q
rabian
curis
i lachry

ma l'ir
meri fa
abile e
Acipie
quod to
per la
halpino
l'ipide or
affilora

N. d. d.
scotida
et miser
Maria
lo sal
per la
e m
d

N. d. d.
gu sp
omni
l'ua
L'omni
l'ach
lecte
que
l'rix
mag
m

Handwritten text on a strip of paper, possibly a signature or a note, written in a cursive script. The text is partially obscured by the binding of the book.

ma Virgo, ait S. Anselmus, impossibile est, ut
merita tua obliviscaris, sic mitissima, incre-
dibile est, ut supplicantibus non miseraris.
Accipe igitur, o Maria, quod rogamus, redona,
quod rogamus, quia tu spes unica peccatorum
per te speramus veniam delictorum, et in te
beatissima nostrorum est expectatio meritorum.
Assiste ergo parata votis poscentium o consolatrix
afflictorum.

Excitatio II

Non est Maria potestas, quia Mater est omni-
potentia, nec impetrandi industria, quia Mater
est misericordia. S. Bernardus. Idem rursus ait:

S. Bern. apud
Pelbart. C. 12
p. 2. art. 3.

Maria ante conceptionem plena gratia, ab an-
gelo salutatur, ut sibi plena tandem etiam nobis
erit plena. Cum igitur, o Beatissima Virgo, super-
o munere gratia et misericordia sis plena, ideo
securè accorro ad te, ut de plenitudine tua gratia
et misericordiam hauriam.

Excitatio 12

Non est fas, te, o Domina, posse eum deserere,
qui spem ponit in te. O igitur B. Virgo Maria
omni pietate plenissima in sinum pietatis
tua comendo hodie et omnibus diebus vitam meam
corpus meum et animam meam, omnesque
actus meos, cogitationes, voluntates, desideria
locutiones, operationes, omnemque vitam, finem-
que meum. Sis mihi adiutrix et consola-
trix contra insidias et laqueos hostis antiqui
meque in tua et filii tui dilectione moriente
in via salutis tua dirigas.

S. Bern. apud
Pelbart. lib. 12 p. 2.

Soliloquium

Virgo Sma Ego unus sum infelicium illorum
 qui a fremebundo Amone infernali oppressi
 difficile norunt illius resistere potentia, calli-
 dus est nimium in me tentando, nimium
 fraudulentus in decipiendo, et quia peccavi su-
 per arenam maris, et Dominum meum ad
 iracundiam provocavi, ideo coram eo comparere
 erubesco. Unum hoc mihi superest remedium, ut
 confugiam ad te, O regina coeli potentissima, ad-
 vocata mea fidelissima, abintercede pro me, ne des-
 picias me.

Indignus sum equidem intercessione tua propter
 innumera delicta mea, sed ubi desunt merita
 succurrat pietas et clementia tua. Tu enim non
 modo sol es justis, sed etiam luna peccatoribus.
 Sine igitur o Domina, sine videre lumen tuum
 splendidissimum in densa peccatorum meorum
 caligine, nec absconde mihi radios protectionis tuae.
 Tu o Mater miserorum, aperi pectus tuum uni-
 genito filio tuo, et signa ei exhibe pietatis tuae, ut
 extendat ille dexteram manum suam, et disper-
 set in me gratias suas. O Virgo gazophilacium
 thesauri, quo sumus de cruento praedonis servitio
 comparati, fac ut oculos figat ipse filius tuus
 in dulcem sinum tuum, ut respiciat ubera tua
 super mel et favum dulcia pectusque decorum
 et amabile super amorem mulierum. Dic illi
 mater dolentium. Ignosce, ignosce o fili huic
 peccatori, et exaudi eum secundum multitudinem
 misericordiae tuae.

Attollo ego Bennoni oculos ad crucem Domini

moi, et video inclinari caput illius sanctum ad partem
 aquilonis. At quodnam pondus, vel quæ catena
 illud^{eo} trahat, non ita video, nisi tu sis illa, o virgo
 cordium magnes, qua animū mihi addis, ut licet
 frigidior ac rigidior sim horrido aquilone, confidam
 tamen usurum in me Deum meum pietate suā,
 suumque caput ad me inclinaturum, si tu inter-
 cessione tuā propotendi ad partem meam attrahas
 illud. O Conciliatrix unica veniæ et gratiæ opta-
 tissima, age causam meam, et pro necessitate mea
 scribe supplicem mihi libellum ad filium tuū
 Deum meum, accipe pro charta cor meum con-
 tritum, et tuo amore saucium, pro atramento
 lacrymas meas, pro punctis suspiria, pro periodis
 affectus meos, pro subscriptione amorem meum
 quo me consecro tibi nunc et semper in auxiliū
 meū invocans te, in prosperis, ne extollar, in ad-
 versis, ne deprimar, in morte ne peream, post
 mortem, ut in gloria vivam.
 Nunc autem, obsecro te, o Domina potentissima,
 mater sanctissima, ora pro me dilectissimum
 filium tuum, ut in devotione tua me conserveat
 fiduciam meam in te augeat, et a periculis inter-
 ventu tuo me liberet, jubeatque, ut in tua moriar
 protectione, ac tandem in felicem paradisi man-
 sionem me recipiat.

S. Maria ora pro me.

Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.

192

